

PHILIPPVS MELANCHTHON

PIO LECTORI

S. D.

PRODEST firma & perspicua testimo-
nia de singulis articulis doctrinæ Christia-
næ, ordine distributa, uelut in tabella ha-
bere proposita, ut cum disputant animi secum,
aut anguntur, sententiæ certæ in conspectu
sint, quæ trepidantes erudiant, erigant, confir-
ment, consolentur. Hæc enim sunt exercitiâ fi-
dei pijs & necessaria, & non ignota, de quibus
Propheta inquit: Lucerna pedibus meis uerbū
ruium. Ad hunc usum domesticum initio mihi
hos locos institui, & cum viderem his turbulen-
tis temporibus interdum aliqua explicatione
opus esse, addidi interdum aliquas descri-
ptiones aut partitiones. Hæc cum postea cir-
cumferrentur in manibus multorum, reco-
gnoscentia & augenda fuerunt. Non ambi-
tione, non φιλονεικία, non æmulatione, non
ut sererem rixas, hæc & institui & collegi,
sed primum ut me ipsum erudirem, deinde
ut aliquorum, qui hæc legebant honesta &
pia studia adiuuarem. Sed de voluntate mea
nihil dicam amplius, quam quod Deo proba-
tam esse spero, ac meæ conscientiae testimo-
nium antefero criminationibus Ecclesiæ, Coch-
læi, Alfonsi, & multorum qui illis applau-
dunt. Cum autem reipsa cognouerim, expli-
cationem